

224.

Et uerbum erat apud dominum; Hoc est quod dixerat;
sic estimandum est: erat verbum. quomodo erat
pater: quo cum patre erat. & in patre erat. & apud
patrem erat semper; Nempe quomodo de patre legi
mus erat: Ita & de uerbo legitimus erat. Quiddis
cernis intellectum. quin non discernis auditum? Ver-
bi esse apud patrem est: patris esse cum uerbo est; Le-
gimus enim. quia verbum erat apud dominum; Itaque.
si secundum tuam opinionem aliquando non erat:
ergo secundum tuam opinionem. & si in principio
non erat. apud quem erat verbum; Per uerbum enim
audio. per uerbum intellego. quia dominus erat; Nam
si sempiternum verbum esse credidero. quod credo. non
possum de patris aeternitate dubitare. cuius ae-
ternus est filius; Si temporaliter generatione eius
existimat. Incipit communitatem habere nobiscum.
ut uideatur pater esse coepisse; Sed si de patre
non ambigis. quia incipere esse domini non est: de pa-
tre non ambigis. quia dominus est. sempiternum habere
perfectionem; ne forte usu sermonis labereris
humani. dum uerbum dicas & filium. Ideo ad didicimus